

Nomenclatural novelties : Mauro Marchetti

Ramaria abetonensis Franchi & M. Marchetti, in Paolo Franchi and Mauro Marchetti, sp.nov.

IF551519

Basidiomata usque ad 130 mm alta atque lata, speciem brassicae pompeianae referentes, trunco usque ad 50 mm alto atque in superiore parte usque ad 40 mm lato, saepe obconico, cum copiosis fasciculis ramulorum abortivorum, albo in parte infossa ramis gradatim attenuatis, dichotomis vel trichotomis, rotundatis, laevibus vel leviter rugulosis, axillis praecipue acutis, In iuvenibus speciminibus ramis luteis vel primulicoloribus, in maturitate luteocremeis vel aequabiliter cremeo-ochraceis apicibus iuvenibus laetioribus. Basidioma ex vulnere immutabile. Caro alba, immutabilis, fragilis in apicalibus ramulis, compacta, elastica et nitida in stipite odore leviter herbaceo, sapore miti. Sporae in cumulo luteo-ochraceae. Sporae 8,9-11,3 μm —4,0-5,1 μm , Lm 10,1 μm , Im = 4,5 μm , Qm = 2,25, cylindrico-ellipsoideae, verrucosae verrucis parvis vel crassis, saepe inter se coniunctis, cyanophilis pariete tenui et apiculo excentrico, haud amyloideae pallide cremeo-luteolae in aqua. Basidia 50-60 μm —8 -10 μm , cylindrico-clavaeformia, tetrasporigera, sterigmatibus usque ad 6 μm longis, basali fibula praedita. Caro monomitica ex hyphis generatricibus septatis, usque ad 12 (18) μm latis, saepe pariete gelatinosa atque in densa materia gelatinosa immersis constituta. Fibulæ praesentes in basidiorum basi et in subhymenio, alibi rariores. Habitatio in nemoribus Appennini tusco-emilianii cum Fago sylvatica praecipua. Holotypus in loco dicto La Secchia, prope Abetone (PT), 14.VIII.2014 lectus, leg. S. Bottoni, P. Franchi, L. Lami, M. Marchetti, in Herbario MCVE sub n. 28638 conservatur. Isotypus in Herbario AMB sub n. AMB 17143 conservatur. ITS atque LSU sequentiae unicae [GenBank ITS accession number KT357472, LSU accession number KT357478].

Holotype MCVE 28638.